Quelle: http://manuscripta.at/?ID=40551
Copyright: Melk, Benediktinerstift



92

tractat. Modi autem quibus sermo dilatari potest sunt xvij primus
modus est per concordantias auctoritatum secundus per verborum dis
cussiones tertius per multiplicium sensuum expositiones quartus
per nominum interpretationes quintus per comparationes diversasque ipso
rum et oppositiones sextus per synonimorum multiplicationes
septimus per rerum proprietates octavus per similitudines nonus
per oppositorum significationes decimus per divisiones in partes
undecimus per considerationes seu assignationes causarum et ef
fectuum duodecimus per rationes

Per concordantias quidem auctoritatum potest sermo di
latari tribus modis Ut cum auctoritas inducta con
cordat cum themate in sententia non in voce aut in voce sed
non in sententia sed sensu literali sed potest comparari sed alique
sensu spirituali aut in voce et sententia Si autem nec in voce
nec in alique sensu auctoritas concordat cum thete poterit
fieri decisio quinque concordia primus modus videlicet quando auctoritas
inducta concordet cum thete in sententia et non in voce apud
quosdam modernos multum viguit exemplum assumatur hoc
thema Ecce rex tuus venit tibi mansuetus et premissa divisione
dicatur sic ayasuetudo enim maxime apparuit in passione
eius nunc id semper Ecce qui agnus mansuetus deinde sub
datur de sua autem mansuetudine loquitur ipse inquit ayathei
xi° Discite a me quia mitis sum et humilis corde Ecce
quod sedata auctoritas concordat cum thete in sententia et non in
voce satis deceret Eodemmodo potest fieri quinque auctoritas in
ducta pro auctoritate vocali et figurativa respectu thete
ut assumatur hoc thema quod scribit Rom° primo dicentes se
esse sapientes stulti facti sunt et pro divisione themate
adducatur sic Stulti sunt sapientes mundi quia sapia